

Sight Recitation

Area F 2004
McCallum High School

Level 1 / 2 and 1

Ubi Graecī et Trōiānī in bellō Troianō pugnant, Elissa,
Poenōrum rēgīna, in magnō oppidō in Phoenicā habitat.
Elissae yirum Sychaeum vocāmus. Elissa Sychaeum amat;
sed rēgīnae germānus, vir malus, cum Elissae inimīcīs
Sychaeum obtruncat. Itaque rēgīna fugam parat et cum Annā
germānā et multīs amīcīs ā Phoenicā ad Āfricam navigat, ubi
magnum oppidum aedificat. Poenī oppidum vocant Oppidum
Novum. Oppidum Novum magnum et pulchrum est.